HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Num quid non caelum & terram ego im pleo dicit dns aquila & sm
macus similiter interpretati sunt. Num quid ds de pro pinquo
sum uicino ego sum, & non ds de longe LXX uero & theodocio sensu uero
contrario ut dicerent ds ad pro pinquans ego dicit dns & non ds de longe.
Quod scilicet superiores adseruant dm non tantum uicina sed etiam quae
longe sunt cognoscere nec praesencia sed futura conspicere istuero ubique
dm existimant esse praesentem nec aliquem esse locum ubi non adsit
ds omnibus enim & praecipuae scis ad pro pinquat ds quomodo
siue stimentum aderat cum peccatores autem longe recedentes abeo
peribunt hunc sensum & in psalmis legimus. Quo ibo a spiritu tuo
& a facia tua quo fugiam si ascendero in caelum tu illic es si ascen
dero in infernum ades si sumsero pinnas meas de luculo & habitauero
in extremis maris & enim illuc manus tua deducit me & tenebit me
de extremitatibus. Amos quoque in hac uerba consentit dicens si discendent
usq; ad infernum inde manus mea educet eos & si ascendent usque
in caelum inde deiciam eos & si abscondit fuerint in uertice carmeli
inde scrutans auferam eos & si celauerint se ab oculis meis in profundo
maris ibi mandabo serpenti & mordebit eos rursumq; in superiori
psalmo quia tenebrae ait non obscurabuntur ait. & nox sicut dies
inluminabitur sicut tenebrae eius ita & lumen eius. Quod autem
in prophetis crebro dicitur. haec dicit dns propterea semper
infestatur nec contemnatur quasi uerba p̄ phetarum sed ammoneantur
ut legitur di sermones esse quos loquuntur audiui
quae dixerunt,

Prophetae prophetantes in nomine meo mendacium atque
dicentes somniauit siue uidi somnium usquequo istud in cor est
prophetarum uaticinantium mendacium & prophetan
tium seductiones siue uolup tates cordis sui quia uolunt
siue cogitant facere & obliuiscatur populus meus nominis mei
propter somnia eorum quae narrat unus quisque ad
proximum suum sicut obliti sunt patres eorum nominis mei